✠

ILLVSTRI HEROI, IVBARI CONSPICVO, SANGVINE, ET VIRTVTIBVS

clarißimo, D. ac ſemper Domino meo D. D. Ioanni Ildefonſo Velaſquez & Gaſtelij, huius civitatis Luciferiſani Senatori perpetuo, & à regalibus Concilijs cauſidico peritiſsimo, hæc Driadum flamina in noſtri Catholici

D. D. PHILIPPI V. HISPANIARVM REGIS LAVDEM HVMILITER D. O. C.

SVVS HVMILIS CLIENS D. DIDACVS TEnorio de Leon, in præſenti eiuſdem civitatis Medicus poema diſtichon.

Narrantur ligamina in Regem noſtrum PHILIPPVM V.

TV calamo belli præmonſtra callida Muſa
 Currenti ſpatium; candida Muſa veni.
Pacatum videam difuſo lumine Cœlum,
 Et pariter vultum, ſis propè chara Clio.
Te ſociam ſtudeo ſcribendis verſibus eſſe,
 Queiſque mei Regis pſallere cogit amor:
Caſtra inimica cano, fœdique ligaminis vltrò
 Progreſſus: Græci præſtat vtrumque dolis.

Cui-

Cuilibet eſt durum pacatam degere vitam,
Armis qui violat fœdera pacis ovans.
Arma vibrat qui nullla tenet præſcripta per Orbem
Iura; ſed eventus dat quoquè cuiquè ſuum.
Credidit Imperium nugas, quas proditor ille
Archithalaſſus ei ſubdolus arte dedit.
Triſtis, inops que ruas ſolvens tot crimina: conſtet.
Iudicis vt recti calculus antè thronum.
Deſerit is reguum, varioſque in rebus honores,
Arque animos profugus ſeditione ciet.
Fert comites, vt magna mali ſit copia ſecum,
Moribus, & nugis prædita turba ſuis.
Dezian, Magnæ conclamant omnes hærere volucri:
que era grã O quoties avibus penna ruina fuit!
paxaro. Regna propinqua ſibi movet, Europamque laceſsit:
Invidia quoniàm caſtra vigere cupit.
Convocat Hæreticos infectos peſte Batavi,
Contemnitque ſimúl perdere honore fidem.
Archiduci Regnum promiſsit fœdere ducta
Hæreſis; in vanum ſed labor iſte ſubit.
Eſt dare Regna ſuum conceſſum viribus Angli?
Ingleſes. Dat Pater Omnipotens: illa paratus adit.
La Reyna Poſtulat auxilium; Batavi, pugnantibus Anglis,
Anna. Conveniunt Læti; Fœmina, & arma parat.
los Olãdeſes Auriferique Tagi civis qui Littora lambit,
El Portu- Perfugia, & donant navibus apta ſuis.
gués entrò ẽ Iſte Ligamen adit cupidus fortaſsè ſalutis;
la Liga por Ocius, & mortem falſus adire parat.
conſervarſe Sivè dolo ſit, ſivè metu (ſic notus Vliſes)
y murió. Arma admiſſa palám, clàm reſoluta cupit.
Vliſes fũdò Heú temerè vlla vi convinci poſſe negabant,
à Lisboa. Milite per terram, claſſe replente ſalum.
Se preſume Sub pedibus iam tellus, iam quaſi tota vacillat,
q̃tiene trato Concuſſæ turres, vrbs quoque, & alta ruunt.
encubierto.

Regia

Regia vbi sedes sublimibus alta columnis,
Bis pede calcarunt, bis que repulsi abeunt.
Et licèt hinc cives, fortassè timore coacti,
Cedebant, intùs Regis amore calent.
Et quamvis hinc cunctam consternare putarint
Terram, non cordis terror ad ima subit.
Per varios animi sensus, perque improba mentis
Crimina, subcollant proditionis opem.
Hinc Delubra Dei eripiunt, & templa profanant;
Pectoribus nostris vulnera dira satis.
Proh scelus! indignum dictu, dignumque flagello,
Quod licèt ore feram, flebilis ora premo.
Contemptis Aditis, rursus quasi proditor alter,
Sacrum illud faciant verrere corpus humum,
Terra modò scelere á tanto concussa tremiscat:
O genus infælix, quid violare iuvat?
Sæpiùs hac causa minitatur terra ruinas;
Sæpèque, & eventus non quoquè dexter adest.
Etsi aliquando fortuitò fortuna tyrannis
Dextra videretur, cedere iura vetat.
Vtilis ò quotiès pænæ formido putatur!
O quotiès Dominus corripit orbe suos!
Iusta Deus quoniam defendit iura Philippi,
Hostibus eversis ducet & arma sua:
Exaltans humiles iaciet de sede potentes,
Vt fuso nuper rura cruore madent.
En grave iam pænas solvendi tempus adactum
Accessit, citius quo laceratus eas.
Nubila, sol, imbres, nix, venti, fulmina, grando,
In te, & cum fremitu cuncta elementa cadent.
Hæresis ista fremat, fusò conspurcet, & agros
Sanguine: mittatur Tartara ad ima citò.
Adveniantque Duces manicis, & compede vincti,
Nec minima in patriam turba queat.

Los Fanaticos ayudaban la traycion.

Tuvo la Liga vna victoria.

redire Seù

Seú quasi collecti redeant, cedantque repulsi,
Finibus aút maneat cuncta sepulta cohors.
Sacra quot indignè rapuisti vascula templis,
Redde humilis; nescis vendere,& esse nefas?
Vidimus hæc nupèr, plura,& maiora canemus,
Adsit si Dominus, tum quoque Virgo iuvet.

FINIS.

